



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De perfugio, & iis, qui ad sacra loca profugiunt: & quòd insontibus opem
ferre, nocentes autem amandare oporteat. cap. xlvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A bere errantem in viam reducere, pauperem subleuare, acceptarum iniuriarum obliuisci. Siquidem eius, qui iniuriarum memoriam retinet, oratio Deo misere grata acceptaque est: mandante nimirum in ipsius pectore vitio. Nisi cum proximo tuo in gratiam resieris, ad altare ne pergas. Memento precepti Domini, Si offers munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade, reconciliare fratri tuo: ac tum veniens offer munus tuum. Vlciscenda iniuriæ studio ne tenearis: dolos ne moliaris, hoc est, ne alterum quidem deprimas, alterum autem subuehas: ne propter primarij subfellij honorem diuitem praeferas, pauperem autem contemptui habeas: verum æquabilitatem apud omnes serua. Accusationem ce-riter ne admittas: nec ex sola auditione ac rumore vnquam iudices. Multi quippe inuidia

B & similtate ad proximum accusandum impelluntur. Atque vt etiam aliquem peccasse certissimis argumentis comperis, cum tamen statim ante omnium oculos obiurgare noli: ne alioqui amplioem ei occasionem des neminem verendi. Duplex enim ex publica ob-
 iurgatione malum oritur. Nam qui ita obiurgantur, fidenter iam ac libere peccandi po-
 testate sibi pariunt. Etenim qui peccat, quoadusq; obiurgetur, metuit, & erubescit: cum autē
 inspectantibus omnibus increpatur, impudicior efficitur. Qui enim obiurgatur, ignominia
 non ferentes, ad grauiora scelera sese conuertunt. Huiusmodi quippe ingenio est Satanas. Pec-
 catu perpetrare suadet: ac propter peccatu reprehensionis pudorem animis incutit. Quæ cum
 ita sint, ob hostiles hos laqueos ei, qui Christi gregem in fidem suscepit, danda opera est, vt
 lenem se præbeat, ac diligenter & studiosè primùm inquirat: ac si quem peccasse cõpe-
 rerit, non confestim eum ab Ecclesia expellat: ne arreptu eum diabolus sibi asciscat. Nam
 cum qui spiam ab Ecclesia eiicitur, statim eum Satanas assumit, nec prius ab eo abscedit,
 quam presbyter eum suscepit. Cum enim à Christianorum fraibus homo proscribitur &
 exterminatus est, quandiu sciunctus manet, tandiu in Gentilium albo censetur. Quocir-
 ca priuatim eum nactus, increpa, obsecra, admone, non semel duntaxat, sed iterum ac ter-
 tiò. Ac si quidem tibi dicto audientem se præbuerit, ipsius animam lucratus eris, quemad-
 modum dixit Scriptura, Qui conuertit fecerit hominem ab errore viae suæ, saluabit ani-
 mam ipsius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Sin autem post tertiam admo-
 nitionem dicto audiens esse, atque ad meliorem frugem se referre recuset, excinde eum abs-
 te, ac cum eo ne cibum quidem cape, quoad meliorem mentem induerit.

Duplex
 obiurga-
 tionis pu-
 blica in-
 comodū.
 Satana
 versutia.
 Excom-
 nicati sūt
 tanquam
 Gentiles.
 Mat. 18.
 Iac. 5.

D De perfugio, & iis qui ad sacra loca profugiunt: & quod insontibus opem ferre, nocentes autem amandare oporteat.

CAP. XLVI.

I QVIS per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, Exod. 21.
 ab altari meo auelles eum, vt moriatur.
 Ne tradas feruum in manus domini: ne fortè maledicat tibi, & de- Pro.
 learis.

E Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cuius maritus haud pridem extremo vitæ die Na-
 functus fuerat, iudicis assessor vim afferebat, inuitamque ad nuptias pertraherebat. Illa rat. de Ba.
 autem, cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit, non maioris audaciæ, sil.
 quam prudentiæ plenum. Ad sacram enim mensam confugit, Deumque aduersus impor-
 tunam hanc iniuriam propugnatores sibi asciscit. Quid igitur, per Trinitatem ipsam
 (vt iudiciali quoque dicendi genere nonnihil inter laudandum vtar) faciendum fuit,
 non dico magno Basilio, ac de his rebus leges alijs sancienti, sed alijs cuiuspiam longè illo in-
 feriori, dum tamen sacerdoti? Quid aliud, nisi vt eam assereret, retineret, omni cura
 tueretur, Dei clementiæ & legi, quæ altaribus honorem haberi iubet, manum porrige-
 ret, omnia denique prius faceret, & pateretur, quam vt inhumanus illum aduersus
 eam consilium iniret, sicque & sacrosanctâ mensam, & fidem etiam illam, cum qua sup-
 plicabat, contumelia afficeret? Nequaquam, inquit nouus iudex, sed omnes imperio meo
 A a